

ARTIC. VIII.

Per quem actum intellectus habeat esse vniuersale?

Ad primū Doctoris contraria bane confusionem.

Respondeo: quod Maxima illa desumpta ex doctrina Boetij non est vera, vt sonat, nam ut potest colligi ex Dōct. in 4. distinct. 4. quest. 3. ad secundum principale; prius intelligitur natura existens, quam esse vna, & non ē contra. Vnde non valit: quia hoc est vnum, est existens: bene tamen ē contra: quia existit, est vnum: nam cum existentia secundum aliquos sit modus in trinogenitatis natura, intimior ē illi, quam vnitas, quae est eius passio, & quasi effectus: quare Boetius debet intelligi concomitante; hoc est, vnitas numeralis est conditio concomitans omne per se existens. Vnde responsio data à Doctore non est ex mente propria, sed aliorum, vt diximus in summa textus: consuetudo enim Scotica est de materiis extraordinariis loqui secundum communē opinionem, quare non est audiendus Mauritius in hoc loco.

Ad secundum.

Ad secundum (de quo latius in prædicamento substantiæ) pro nunc responderetur: quod vniuersale, medianibus secundis substantijs secunde intentione sumptis, quae vt sic, sunt eius species, prædicatur de primis substantijs prædicione signata, qua exercetur in rebus primæ intentionis, sic dicendo secunda substantia prædicatur de primis: ergo Petrus est homo: sed vniuersale prædicatur de secunda substantia: nam secunda substantia limitat illud ad substantiam prædicamentalem: ergo vniuersale, suppositione per sonali, prædicatur de prima substantia: & licet vniuersale limitatum ad secundam substantiam fundamentaliter sumptam, non dicat, in, sed, de; bene tamen dicit, in, & est in subiecto prout formaliter & secunde intentione sumitur.

Dices: quāmvis aliquod vniuersale sit ens, nūc illud, quod est substantia secunda, non tam sequitur, quod omne vniuersale sit ens; nec vniuersale in communi, de quo hīc queritur: partem vniuersalia accidensum non dicuntur de primis substantijs.

Respondeo: quod in quolibet prædicamento est coordinatio inferiorum, & superiorum, ubi reperitur esse, in, & dici, de, quod sufficit ad rationem vniuersalis, etiam si talia vniuersalia de primis substantijs non dicantur. Vel dicatur: quod secundis substantijs convenit dici de primis; reliquis autem vniuersalibus esse in primis: & hoc sufficit. Tertium argumentum

tum clarum est in textu
cum sua solu-
tione,

VIA in solutione ad tertium concludit Doct. vniuersale Logicum ex fici ab intellectu, modo art. præcedente explicato; non tamen explicat per quem actum habeat suum.

t. Senten-
tia.

1. Argum.

Secundo, natura abstracta per intellectum agere non est singularis: ergo est vniuersalis: quia inter singulare, & vniuersale, non datur medium.

Secundū.

Tertio, quia Commentator tertio de anima text. 8. assert intellectum agentem esse; qui facit vniuersalitatem in rebus. Sed intellectus agens, secundum probabilem opinionem, tantum habet abstrahere species intelligibiles: ergo per talen abstractionem efficit vniuersale.

Secunda sententia est Durandi in 1. distinct. 2. Senten-

tia.

3. quest. 5. & in 2. distinct. 3. quest. 6. quem se

quantur alijs non pauci, nempe Toletus in præ-

senti quest. 2. Hurtado in Metaph. disput. 5.

lect. 4. afferentes vniuersale fieri per abstractionem intellectus possibilis, qua cognoscit natura

sine suis inferioribus: probatur: vniuersale est

vnum aptum de pluribus prædicari: sed natura

cognita, per abstractionem intellectus possibili-

lis, est huiusmodi; ut etiam scaturit Scotus in 2.

distinct. 3. quest. 1. ergo minor ostenditur: nam

natura sic cognitæ nihil deficit, vt actualiter

prædicetur prædicione dicente, hoc est hoc;

nisi australis prædicatio, in qua ratio vniuersalis

confitetur nequic; quia verba in diffinitione non

dicunt actum, sed aptitudinem: ergo cum natu-

ra modo prædicto cognita sit apta; ut sit in plu-

ribus, erit vniuersalis formaliter.

Tertia sententia est Doct. in 2. distinct. 3. 3. Senten-

cia.

quest. 1. litera C. & in primo; distinctione 45.

& in 4. distinct. 1. quest. 2. quem sequitur pro-

batio catus Scotistarum, australis vniuersale Lo-

gicum resultare per actum comparativum intel-

lectus possibilis: Pro qua notandum primo quod

1. Not.

vniuersale

Quæst. I. Artic. 8.

vniuersale in predicando sumitur dupliceiter, vel pro prima, vel pro secunda intentione: & pro prima adhuc est duplex: vel in potentia, vel in actu: vniuersale in potentia non est effectus aliquius intellectus, sed est in rebus, ex natura rei, vt diximus Articulis præcedentibus; & tale vniuersale cadit sub obiecto comuni. Vel Physicæ, vel Metaphysicæ, si fuerit Physicæ seu Metaphysicæ compositum: vniuersale in actu, pro prima intentione, etiam est duplex: actuale, & habituale: quod propriæ vniuersale in representando dicitur; est ipsa species intelligibilis, in qua relucet obiectum commune, ut præcimum & abstratum, & non ut coniunctum rationibus singularibus, licet de facto semper sit in singularibus: vniuersale actuale est ipsa natura communis, quatenus est actualiter cognita ab intellectu, & in potentia propinquia, ut sit de pluribus praedicabilis: & talis natura sic cognita dicitur proprie vniuersalis in actu, pro prima intentione: nam licet species dicatur representare obiectum in actu; & id est vniuersalis in actu dicitur; sumitur ibi actus, ut opponitur potentia; quia natura à parte rei, quæ erat in potentia vniuersalis; per speciem sit actu vniuersalis: sed non sumitur actus, ut opponitur habitat: nam ut sic species est vniuersale habituale; & natura cognita vniuersale in actu, pro prima intentione. Vniuersale pro secunda intentione est proprie vniuersale Logicum, de quo quæ sit præcipue in præsentis: licet nos etiam de vniuersali pro prima intentione a liquid determinabimus.

Secundo notandum: quod cum cognitione nostra scientifica per isto statu sit abstractua causata ab intellectu, & specie intelligibili obiecti, ut probat Doct. in primo dist. 3. quest. 7. & 8. & necessario ut talis species intelligibilis causetur in intellectu, ut concurrat cum illo; requiritur aliqua virtus, qua ipsa species producatur: & talis dicitur intellectus agens; seu ipsum est intellectus ut agens; de cuius munere, quod sit, nondum constat apud Doct. ut patet quodlib. 15. sed secundū cōmūnē Scotistarū viam, intellectus agens tantū habet vnicā actionē realem, qua facit de potentia intelligibili, actu intelligibile; & de potentia vniuersali actu vniuersale: quia quidditas obiecti, quatenus in Phantasmate relucet; & est obiectum intellectus agens, est cum conditionibus singularibus immixta; & id est tantum dicitur ibi in potentia intelligibilis, & vniuersalis: ceterum, ipso Phantasmate, cum intellectu agente simul concurrente, per abstractionem ipsius intellectus, producitur quædam qualitas spiritualis, qua dicitur species intelligibilis, in qua ipsum obiectum relucet, ut spiritualizatum, à conditionibus singularibus denudatum, ut actu intelligibile, ac vniuersale; & hoc est, quod communiter dicitur, intellectum agētem facere vniuersalitatem in rebus, transferre obiectum de ordine in ordinem: & secundum istam viam: omnis actus intelligendi producitur ab intellectu posibili: vide Doct. quodlib. 15. Bargium in 1. dist. 3. quest. 6. formalitatis fol. 207.

Tertio notandum: quod actus, quo intellectus cognoscit; prout ad præsens attinet; est

duplex: alter absolutus, quo cognoscit obiectum in se, & ad se: alter comparativus, quo cognoscit obiectum in ordine ad aliud: rursus actus absolutus adhuc est duplex: alter directus, sive primus, quo intellectus fertur in obiectum directe, ut cū cognoscit hominem, vel chimeram: alter reflexus, sive secundus, quo intellectus se ipsum reflextus cognoscit, ut suam intellectionem. Alter comparativus ex Doct. in primo dist. 23. lit. C. etiam est duplex: alter simplex, per quæ intellectus vnum alteri comparat, absque compositione affirmationis vnius de alio: ut cum cognoscit patrem in ordine ad filium: alter est actus comparativus compositus, per quem intellectus duos obiecta cognita comparat, vnum alteri attribuendo: ut cum animal cognitum attribuit homini etiam cognito; tanquam prædicatum sibi conueniens.

Ex quibus inferitur: quod sicut actus comparativus præsupponit actum absolutum: ita obiectum comparabile præsupponit se ipsum prius cognitum per actum aboliendum, & ut habens esse primæ intentionis obiectum, & entis rationis large: cognoscens enim intellectus naturas communes, & inferiora sua, ac conuenientiam maiorem, vel minorem, iuxta quam tribuit naturismæ, vel minorem vniuersitatem, generis, aut speciei, statim comparat ipsas naturas suis inferioribus; id est, cognoscit eas in ordine ad illas: & è contra: inter quæ resultat duplex comparatio: ad ipsum actum comparantem, quæ est quædam relatio transcendentalis denominata ad denominandas: alia resultat inter naturas, & inferiora, qua adiuicem comparata dicuntur: & hec est relatio rationis secundum esse, & secunda intentio formalissime, habens pro fundamento remoto naturam communem à parte rei, & pro fundamento minus remoto, seu magis proportionato, ipsam naturam in specie relucente, & pro fundamento proximo, & proportionato, eandem naturam, ut cognitam, non ea cognitio, qua quid latitudine, & directe cognoscitur; sed alia reflexa, & abstractua, qua, ut abstracta à suis individuis, contemplatur; ut satis acute notauit Bargius ut supra, fol. 134. Tandem habet pro ratione fundandi priorem comparationem ad actum comparantem, qua positâ, ponitur; & quæ ablata, auferitur, & definit esse: quia id est dicitur in fieri, in esse, & in conservari, dependere ab intellectu: quia tantum durat, quantum duratio intellectus comparantis: & de haec secundâ comparatione intelligitur Doct. in 4. dist. 1. quest. 2. quando ait, comparationem in rebus comparatis esse secundam intentionem: quidquid dicat alij Scotisti; ut optime Auctor formalit. folio 37.

Vltimo notandum: maximum interuenire discrimen inter vniuersale Physicum, seu Metaphysicum, & inter vniuersale Logicum: nam quodlibet illorum habet esse reale actuale, & positum ex natura rei: & quando cognoscitur; est per speciem immediate illud representantem: ac tandem actus, quo cognoscitur est absolutus, & directus, à quo tantum habet esse cognitum: at vero vniuersale Logicum in fieri, esse, & con-

Corollary:
notandum

Vlt. not.

con-

Notas.

conseruari, dependet ab intellectu; speciesque intelligibilis entis realis mediatisse ad eius cognitionem concurrit; qua quidem cognitio est reflexa, ut quest. sequente dicimus; quare ad uertendum est: aliud esse, vniuersale Physicum, seu Metaphysicum, fieri ab intellectu, aliud ab illo cognosci, & per quem actum: & idem dicendum de vniuersali Logico: aliud est enim ipsum fieri ab intellectu, & per quem actum: aliud cognosci, seu esse ab illo cognoscibile; de hoc secundo non queritur hic; sed de primo tantum.

1. Concl.

Dicendum primum: nec vniuersale Physicum, nec Metaphysicum, habet esse essentia, seu existentia, per intellectum; sed à parte rei est Doct. in secundo ut supra. Et septimo Metaphy. quest. 18. eamque aperiissime docet, & probat, Dominus Trombeta ibidem, quest. & patet ex dictis in Articulis praecedentibus.

2. Concl.

Dicendum secundum: tam vniuersale Physicum, quam Metaphysicum, tunc obiectiu in intellectu, habitualiter, & actualiter; habitualiter, per abstractionem intellectus agentis; & actualiter per abstractionem intellectus possibilis: quoad utræque partem est Doct. & quod primam patet expresse septimo Metaphy. quest. citata: nam habere esse obiectiu in intellectu secundum eundem in quarto dist. i. quest. 2. lit. B. est posse cognosci, seu actualiter cognosci ab intellectu: ergo talia vniuersalia habere esse obiectiu habitualiter in intellectu est habere esse in sua specie intelligibili: sed talis species, secundum omnes, abstrahit per abstractionem intellectus agentis. Igitur, &c.

Quoad secundam partem, etiam est manifesta: nam hæc vniuersalia habere esse actuale obiectiu in intellectu est actualiter ab eo cognosci, ut à suis inferioribus abstrahunt: sed talis abstractio est actus absolutus, quasi reflexus, intellectus possibilis; ut diximus not. 3. igitur habent, ut sic, esse cognitum per abstractionem intellectus possibilis.

Confirmatur: per illam tritam propositionem Doct. omnis forma est ratio agendi recipiens, & non agenti eam: ergo species intelligibilis, & cognitio actualis illius naturæ, qua sunt in intellectu possibili, erunt rationes abstrahendi intellectui possibili, & non agenti: ergo talia vniuersalia per abstractionem intellectus possibilis cognoscuntur.

Cœciliatio
prima, &
secunda sen-
tentia.

Et per hanc conclusionem, quoad duplexm ejus partem, manent duæ priores sententia explicata: nam prima, si loquatur de esse obiectiu habituali vniuersali Physici, Metaphysici, & Logici: optime procedit; nam tale fit per abstractionem intellectus agentis: quia per eam fit natura de potentia vniuersali actu vniuersalis in representando, & habitualiter etiam vniuersalis; ut si tam possit ab intellectu actualiter cognosci: & hanc partem tantum probant ejus argumenta; & auctoritates Commentatoris, & Doctoris nostri, quas pro se adducunt nonnulli, ex secundo ut supra, & ex primo sent. dist. 3. quest. 6. ante literam D. & ex septimo Metaphy. quest. 16. vbi aperte fatetur terminum intellectus agentis esse vniuersale in actu, qua debent intelligi de spe-

cie intelligibili modo explicato.

Secunda etiam sententia, si teneat secundam partem nostræ conclusionis, optime tenet: nec eius fundamentum aliud probat; nisi quod natura Physice, & Metaphysice considerata, qua est fundamentum remotum vniuersalis Logici, ut cognoscatur ab intellectu tanquam natura à suis singularibus abstracta, ut possit esse fundamentum proximum talis vniuersalis, debet cognoscitati abstractione cognoscitua absoluta: quare errant Scotistæ, qui assertur vniuersale in actu pro prima intentione lumen cognosci per abstractionem intellectus agentis: nam pertalem solidam habet esse intelligibile, & non intellectum.

Dicendum tertio: vniuersale Logicum actualiter habet esse per actuū comparativum intellectus possibilis: est Doct. ut supra; & iam his temporibus nonnullis defenditur Thomistis, quo citat, & sequitur P. Barnabas Gallego controu.

10. & probatur primo, à sufficiente actuū enumeratione: nam si per abstractionem intellectus agentis natura communis habet esse obiectuum habitualiter; & per abstractionem intellectus possibilis habet esse abstractum ab inferioribus, & cognoscitur, ut ab eis praecisa; iusta, ut per actuū comparativum, modo explicato, refutetur.

Secundo, intellectus tribuit homini intentionem speciei, & non generis; & animali intentionem generis, & non speciei: & non ob aliam causam, nisi quia videt inferiora magis, vel minus à parte rei in illa communis ratione conuenire: sed talis attributio intentionis non potest fieri nisi per comparationem vnius ad aliud, seu melius est ipsa comparatio: ergo vniuersale Logicum, cum sit quoddam prædicatum superius de inferiori, necessario habebit suum esse per actuū comparativum. Sed de hoc amplius quest. 5. sequente.

Dicendum ultimum: actus comparativus, per quem resultat vniuersale Logicum, non est compositus, sed simplex: secundum quod de his actibus, not. ter. 10. loquuntur. Hæc existimò esse Doct. in secundo ut supra litera H. nam quamvis ibi dicere videatur, naturam non esse actu vniuersalem, nisi ut habeat actu unitatem, secundum quam est indifferens, ut dicatur de quolibet supposito, prædicione dicente, hoc est hoc: ac per consequens videatur assertere, naturam, ut est fundamentum vniuersalitatis Logice, constitui in esse Logici vniuersalis per actualem prædicacionem, qua est comparatio composita: hoc, in quam, non obstat: tum quia ibi loquitur de vniuersali Logico secundum suam passionem, & non secundum essentiam: tum etiam, quia comparatio composita presupponit comparationem simplicem: & cum Doct. ibi tantum principaliiter intendat naturam à parte rei non esse actu vniuersalem; non curavit explicare actuū intellectus, per quem in esse vniuersalis Logici constituitur: sed tantum loquutus est de prædicacione tanquam Logico familiariter. Probatur igitur nostra conclusio.

Primo ex Aristot. primo de interpretatione cap. 5. vniuersale est, quod de pluribus aptum est pre-

3. Concl.
f. 6.

Vlt. concl.

Ad primi

prædicari: ergo ante actualem prædicacionem intelligitur vniuersale: sed ante actualem prædicacionem solum datur actus comparativus simplex, per quem posuit resolutare: ergo.

Secundo, intellectus cognoscit unum in ordine ad alterum, sine actuū prædicacione: ergo potest cognoscere naturam in ordine ad individua, quin cam actuū prædicet de ipsis: sed natura cognita in ordine ad individua cognoscitur, ut vniuersalis: igitur per simplicem comparationem vniuersalis, antecedens patet: nam per simplicem cognitionem cognoscimus patrem ordinatum ad filium: & duos parientes similes in albedine: & in tali cognitione nihil componimus, aut iudicamus: igitur intellectus sine compositione, & iudicio, unum cum altero comparat.

Tertio, secundum omnes, vniuersale pertinet ad primam operationem intellectus, & actuū prædicatio ad secundam: sed prima operatio intellectus, etiam secundum omnes, est simplex, & secunda composita, seu complexa: igitur vniuersale, non per compositam, sed per simplicem operationem resultat.

Confirmatur: obiectum libri Prædicamentorum, & obiectum libri Periherm. differunt: quia illud est quid simplex, scilicet, Prædicamentum; & hoc est quid compositum, scilicet, Enūciatio: sed vniuersale cadit sub obiecto libri Prædicamentorum; quod habet esse per simplicem operationem intellectus, qua est simplex: igitur per simplicem actuū comparativum habet esse.

Sed contra: non potest intellectus compare naturam ad individua, nisi cognoscatur in eis esse: sed non potest cognoscere, quod in eis sit, nisi iudicando quod eis conueniat: iudicare autem quod in eis sit, & eis conueniat, est prædicare eā de individuis: ergo si vniuersale habet esse per actuū comparativum intellectus, debet necessario fieri per actuū iudicium, seu prædicacione, qua est actuū compositus.

Secundo, sicut se habent actus, & potentia ita prædicatio, & prædicabilitas, seu aptitudo prædicandi de multis: ergo si vniuersale consistit in aptitudine prædicandi de multis, talis aptitudo, reducitur ad actuū, per actualem prædicacionem, qua est comparatio composita: sed per actuū absolutum constituitur in aptitudine prædicandi de multis: ergo per actuū comparativum compositum constituitur in esse actualis prædicatio: patet minor: quia per actuū absolutum natura fit in potentia proxima, ut de multis possit prædicari.

Tertio, implicat intelligere aliquid, quod est de essentia alicuius, quin intelligatur per modū attributionis, qua est actuālē prædicatio: sed quodlibet vniuersale est de essentia sui inferioris: ergo debet intelligi illi conuenire per modū attributionis: maior probatur: quia implicat intelligere animal: quatenus est superior ad hominem, & Leonom; quin ut prædicatum eis conuenies, & attributum, cognoscatur: aliter enim iam non cognoscetur, ut prædicatum superioris: ergo cum quodlibet vniuersale sit de essentia sui inferioris, implicabit cognosci ut tale, nisi per iudicium formale, & actualem prædicacionem.

Ad secun-
dum.

Ad secundum concedo totum Enthymema ad minorem dico: quod natura per abstractionem intellectus possibilis cognoscitur, ut abstrahens ab omnibus inferioribus: primo enim cognoscitur ab intellectu possibili quidditatue: & secundo, ut abstrahens ab inferioribus: & hoc secundo modo dicitur in determinata positiva: & vna in multis in potentia proxima: ut primo cognoscatur communis, illis à quibus cognoscitur abstrahens, eisque & qualiter conuiciens: & secundo, ut de illis prædicetur prædicione dicente, hoc est hoc: itaque natura ut sic indeterminata, & est in potentia proxima, ut pluribus comparetur: hoc est, ut communis pluribus cognoscatur: & ut de pluribus prædicetur: sed prius intelligitur comparari, & cognosci, in ordine ad sua inferiora, quam de illis prædicari: & primum habet per actuū comparativum simplicem: secundum autem per actuū comparativum compositum.

Ad tertium distinguo maiorem: de compariatione composita: concedo: de simplici vero, nego maiorem: nam tali comparatione bene potest vnu in ordine ad aliud cognosci: quia actuūliter de illo affirmetur.

Ad tertium.

ARTIC. IX.
An solus intellectus humanus sit secunda intentionis fabricius?

C V-M Doctor indiscriminatum afferuerit, vniuersale (ac per consequens secundas intentiones: imo & alia entia rationis) effici ab intellectu, quin explicuerit, quis intellectus sit ille, humanus, Angelicus, vel Diuinus: merito, ut huic questioni finem imponamus, quærimus, an solus intellectus humanus fabricet entia rationis: an etiam intellectus Angelicus, vel Diuino conuenire possit: circa quam difficultatem triplicem reperio sententias.

Prima

1. Sentent.

Prima a se sit à quoquaque intellectu creato posse confici entia rationis, non tamē ad diuinum Capitulum in 1. dist. 3. q. 4. art. 3. Caietan. 1. p. q. 13. Artic. 6. & cap. 6. de ente & essentia, q. 12. ad tertium, quibus videtur facere D. Thomas in 1. dist. 2. q. 1. Artic. 3. in ultima parte Articuli: fundatum præcipuum huius sententie est quod secundaria partem: quia intellectus diuinus non potest impeditere, nec scire, cognoscere, sed si conficeret entia rationis, maxime Logicalia, imperfecte, & fictive, cognosceret: igitur minor ut probetur notat Pater Rubius tract. de ente rationis in hoc Artic. concl. 2. quod ad secundum aliquod ens rationis duæ sunt imperfectiones necessarie requiriæ in modo intelligendi: prima: quod res, quæ non tant à parte rei distinctæ, sed unum distinguuntur ab intellectu, & per plures conceptus, concipiuntur: secunda: quod obiectum representatur intellectui, & ab eo intelligatur, non sicut le habet in se, aut à parte rei, sed alio modo.

Hoc posito; ex imperfectione, sic probatur minor: entia rationis non possunt fieri ab intellectu, nisi distinguendo ea, quæ à parte rei, & secundum se, non sunt distinctæ & concipièdo per plures conceptus ea, quæ in se sunt unum: atq; etiæ alio modo ea intelligendo, ac se habeat à parte rei: sed inodus sic intelligendi est in perfectissimum, & qui non potest conuenire intellectui diuinu: igitur intellectus diuinus ex capite imperfectionis non potest conficerre entia rationis. Probatur minor: diuinus intellectus vna cognitio, & unico simplicissimo conceptu intelligit omnia; & secundum eundem modum, quem habet à parte rei, vñ sint unum, cognoscit ea per modum unius: si vero sint distinctæ, tanquam distinctæ: ergo non potest ei congrueri talis modus in perfectius intelligendi, per quem necessario debet fieri ens rationis. Igitur, &c.

Ex capite autem fictionis probatur ab Araujo, lib. 3. Metaph. q. 1. Art. 3. conclusi. nam diuinus intellectus nequit configere relationem speciei, generis, aut aliorum praæcibilium: nec negationes, aut distinctionem rationis inter illa, quæ ex natura rei non distinguuntur: ergo, &c.

Seconda sententia est Magist. Suarez in Metaph. tom. 2. disp. 54. sect. 2. num. 27. quem sequitur P. Didacus a Iesu in Logica disp. 3. q. 3. (quid quid ipse dicit) & Pater Rubius ut supra: qui omnes asserunt Deum optime cognoscere entia rationis per ordinem ad creaturas, non tamē posse illa confice: hæc sententia quoad secundam partem coincidit cum præcedente: quoad primâ probatur: nam negari non potest Deum cognoscere entia rationis à creatura rationali fabricata: ergo si cognoscit entia rationis est per ordinem ad creaturas.

Tertia sententia est Doct. in 1. dist. 3. q. vna c. lit. H. & alibi passim: quem sequitur omnes eius Discipuli; & ex alijs Argentinaibidem, Gentilicus quodlib. 9. q. 1. Durand. in 1. dist. 2. q. 3. n. 20. Torres 1. p. q. 28. art. 2. disp. 2. dub. 3. Molina o. 11. art. 8. disp. 3. & q. 3. art. 4. Fonseca 4. Metaph. cap. 2. q. 6. feb. 1. quomodo teneat cum Doct. non solum intellectum creatum, sed & diuinum facere, & cog-

1. Nota.

noscere entia rationis: pro cuius sententie intelligentia notandum primo, ex Dōmino Leucheto in 1. dist. 8. q. 3. quod actus intellectus diuini duplíciter considerari potest: primo absolute, id est, vñ terminatur ad obiectum absolutum, sine comparatione ad aliquid: & vt sic, non dicitur negotiatius, seu comparatiuus: secundo modo, vt comparatum obiectum cognitum ad aliud cognitum: & vt sic dicitur causatiuus entis rationis: & sic causando diversa entia rationis dicitur quodam modo illo: minor ut probetur notat Pater Rubius tract.

2. Nota.

Secundo notandum: quod in Deo ideo metactus directus dicitur etiæ reflexus: quia, vt ait Doctor supra, in primo instanti intelligit essentiam diuinam sub ratione mere absolute, statim in secundo instanti (omnibus instantibus ad intra copletis) producit creaturam in esse intellectos; & tunc est relatio in creatura ad Deum intelligentem: in tertio vero instanti potest intellectus diuinus comparare suam intellectuionem ad creaturam, & tunc est in Deo relatio rationis: ac deniq; in quanto instanti potest quasi reflexus supra ipsam relationem, & tunc ipsa relatio dicetur cognita.

3. Nota.

Tertio notandum quod secundum Doct. in 1. dist. 3. q. 2. parte 2. q. 1. & alibi s̄pē: cognitio intuitiva est notitia rei existentis, & presentis, vel in se, vel in aliquo coniente eā: itaq; talis cognitio debet terminari ad rem existentem, & presentem (hoc enim est de ratione eius) huc talis res habet existentiam, & presentiam in se, sive in aliquo eminentiō: vt creaturæ in esse entia diuinæ, quæ prout ibi relinquent, etiam intuitu evidenter. Unde cum omnis cognitio diuinæ sit intuitiva: & entia rationis (maxime secundæ intentiones) non habent existentiam, nec presentiam in se, nec in esse entia diuinæ; cum in ea, nec virtualiter, nec eminenter sint: maxima est exhorta controvèrsia inter Doctores, de modo, quo ab intellectu diuino, & quæ notitia cognoscantur: sed relictis opinionibus, quas refert, & refutat Bargius in 1. dist. 8. q. 3. fol. 185. standum est cum ipso: quod Deus intuitu cognoscit entia rationis: licet cognitio diuinæ, prout ad illa terminatur, non sitita perfecta, sicut quando ad entia realia terminatur: habet enim cognitio diuinæ, ratione terminationis, magis & minus, vt docet Leuchetus supra. Et quando dicitur, quod entia rationis, non habent existentiam, & presentiam in se, nec in Deo, vt cognitionem Dei intuitu terminare possint: respondet cum Mauritio q. 8. vniuersalib. 5. quod entia rationis habent esse subiectiu Logice; sive in Deo, si Deum denominant: sive in subiecto creato; vt sunt illa, quæ à nobis fabricata: quod esse subiectiu aetiale habet veram existentiam, & presentiam rationis, vt ab intellectu diuino intuitu cognoscatur: qui dicendi modus habetur à Doctore in 1. dist. 3. q. 4. ad secundum principale.

Vlt. notandum, quod aliter cognoscimus nos entia rationis, & aliter intellectus diuinus: namnos, vt fabricemus, vel cognoscamus tale, vel tale ens rationis, debemus prius moueri à specie, & verbo illius naturæ, in qua fundatur tale ens rationis: & idem semper fabricamus illud cū motionis imperfectione: & etiæ cognoscimus illud discurre-

2. Conclus.

discurrendo, & quasi fingendo: ut vero Deus, cū solum à sua essentia moueat, ad cognoscendū omnes naturas, & proprietates illis conuenientes, tam à parte rei, quam per intellectum finitū, seu infinitum; id est nunquam imperfecte cognoscit: quia tota imperfectio in cognoscendo non prouenit ab obiecto terminativo, sed a motu: & cum hoc sit perfectissimum in Deo respectu omnium cognoscibilium, semper perfectissime cognoscit.

Dicendum primum: intellectus diuinus cognoscit entia rationis à nobis fabricata. Hæc est communis: & probatur; talia entia rationis sunt intelligibilia: ergo à Deo intelligi possunt: ergo intelliguntur: quia posse intelligere in Deo, & intelligere idem important: antecedens patebit quæst. sequente.

2. Conclus.

Dicendum secundum: intellectus diuinus conicit entia rationis, tam absolute, quam relativa; etiam si Logicalia. Hæc est Doct. locis citatis, contra Auctores primæ, & secundæ sententie: quod primam partem probatur: Deus ab aeterno cognovit creaturas: ergo ab aeterno creature habuerunt esse cognitum à Deo; sed tale esse cognitum est ens rationis absolute: ex supra dictis: ergo, &c. & hanc partem etiam tenuerunt nonnulli Thomistæ: vt patet apud Araujo in secunda parte conclusionis primæ.

Secunda pars de entibus Logicalibus probatur (nam de alijs etiam ab eisdem Thomistis conceditur) natura humana de se est suis individuali comparabilis per quincunque actum comparatiuus: sed actus diuinus intellectus est comparatiuus: ergo potest ralem naturam suis individuali comparare: ergo de facto etiam comparat: ac per consequens intentum.

Dicendum vltimo. Deus cognoscit entia rationis sine ordine ad cognitionem humanam: hæc est contra secundam sententiam: & probatur primo: nam aliter Deus dependeret aliquo modo in sua cognitione à creatura: quia dato, quod intellectus creatus non faceret entia rationis; tunc vel talia entia essent possibilia in suis fundamentis, vel non: si possibilia (vt si res haberet) igitur nullo intellectu creata ea fabricante, posset Deus illam possibilitatem cognoscere: ac per consequens conficeret ens rationis Logicalum sine ordine ad creaturam: si non essent possibilia (quod falsum est) igitur intelligentiæ creatura talia entia rationis, intellectus diuinus indigeret intellectione creata ad aliquid intelligendum; quod reputo falsum.

Secundo, Deus scientia simplicis intelligentie cognoscit plura Logicalia, vt ordinem, quæ dicunt natura communes ad sua inferiora ad secundum in eis, antequam sint: ergo absque ordine ad cognitionem creatam: patet consequentia nam scientia simplicis intelligentie præcedit scientiam visionis: & cognitio creata sequitur illam: quia prius statuit Deus creaturam esse; quia creaturam cognoscere: quia omnia sunt posteriores ad scientiam simplicis intelligentie: ergo si Deus cognoscit scientia simplicis intelligentie aliquia entia rationis, vt reuera cognoscit, est sine ordine ad creaturas.

Quæst. I. Artic. 9.

Ad fundamen-
tum
primæ sen-
tentie.

Ad fundatum primæ sententie respondeo: notando: quod imperfectio in cognoscendo ex duplice capite prouenire potest: vel ex imbecillitate potentie: quia non potest cognoscere obiectum, nisi tali vel tali modo: aut ex defectu obiecti: quod propter suam minimam entitatem non potest potentiam mouere: hoc posito: distinguo maiorem: entia rationis non possunt fieri ab intellectu nostro, nisi cum illa duplice imperfectio: concedo: ab intellectu diuino, vel Angelico: nego maiorem. Ratio est: quia intellectus noster, cum ad intelligendum pro hoc stata necessario Phantasmat singularium speculetur; & ens rationis in illis non reluceat; necessere est, vt abstrahat, & plures conceptus formet, & intelligat rem sub alio conceptu, quem potius non habet à parte rei, licet habeat fundatum, vt sibi talis denominatio applicetur: at vero intellectus diuinus, cum hæc non requirat, intelligit omnia, prout sunt: vnde intelligit chimaram, vt impossibile: quod non est singere: intelligit Petrum, vt eundem sibi: intelligit naturam huminam communem multis: & hoc sine imperfectio ex parte intellectus: quia non abstrahit in sua cognitione: nec ex parte obiecti: quia non mouetur ab illo: quare duplex illa imperfectio tantum in intellectu imperfecte cognoscente reperitur.

Ad fundatum secundam sententie dico: Deum cognoscere entia rationis à nobis fabricata: sed ex inde non licet inferre non posse cognoscere illa, vt in se sunt, sine nostra cognitione: nam potest eorum possibilitatem vel impossibilitatem cognoscere, sicut & nos: licet non eodem modo.

Ad argu-
mentū se-
cundæ sen-
tentie.

QVÆSTIO II.

An vniuersale sit per se intel-
ligibile?

VÆRITVR, an vniuersale sit per se intelligibile? Quod non videtur: per Arist. de sensu, & sensato: nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu: vniuersale autem nunquam fuit in sensu: ergo:

Item: omnis virtus passiva presupponit suum obiectum in actu ante eius operationem: quia ab obiecto capit suum actionem, per quem potest operari: vniuersale autem non presupponit ab intellectu: sed causatur ab eo; per Comme-
tatorum primo de anima: ergo, &c.

Capit. 3.